

potest suscipi aliquis sacer ordo, nisi habuerit aliquem de minoribus (nam sacri ordines, qualiter vocentur, averte supra *de cohab. cler. si quispiam*), ad quorum collationem necessarium est aliquem de minoribus adesse, ut di. XL. *sicut viri*. §. *nimis enormiter*. quia nondum baptizatus erat vel etiam per inordinatos saltus ad subdiaconatum ascenderat, amissis aliis ordinibus vel de illiterato penitus. hug. *p. yspa*. dicit, quia se ingesserat, sed nunquam accepit ordines vel ordinem accepit ab eo, qui dare non poterat: eo. di. LXVIII. presbyteri . . .<sup>1)</sup>).

4. Zu c. 1. de eo qui dux. IV. 7. 'Quaeritur, an matrimonium esset inter istos. Si dicas, quod matr. erat, ergo ab invicem separari non poterant, nisi causa fornicationis interveniente; ut XXXII. q. I. *dixit*. Si dicas, quod matr. non erat, ergo aequae ad petitionem viri utpote ad mulieris intercessionem divortium celebrari poterat. Dicebat *bati*, quod nunquam fuit dekretalis. Si placet hoc dicere auctoremque suumque tueatur habet; ego autem dico, quod matr. non erat inter istos, et inde ad viri petitionem minime separabuntur nec indediei potest, quod invitus cogitur matr. contrahere, quoniam, quaecunque sibi acciderunt ex delicto suo, sibi contingunt. Et sic dico, quod per sequentem consensum poterat dici matr., etiamsi non consentiat, praesumitur ibi consensus praesumptivus: ar. C. si aliena res pignori data sit, l. *cum res*.'

5. Am Rande zu c. 3. de cogn. spir. IV. 11. v. *consuetudinem*. '§. Dicit *R.*,<sup>2)</sup> quod consuetudo bene facit, quod matr. inter

<sup>1)</sup> Im Cod. Fuld. D. 5 steht: 'Ugucio dicit, quod papa circa votum non possit dispensare et hoc. c. intelligit de eo, qui characterem in ordinatione non receperat, vel quia praeter formam ecclesiae ordinatur, vel quia nullum de minoribus ordinibus prius receperat, et ideo secundum cum nullum maiorem recipere potuit. *p. yspanus* dicit, se audivisse ab illo, cui credere potuit, qui qualiter istud factum processerat, noverat, quod hoc c. de papae conscientia non emanavit. Vel, si placet, dicatur, quod ordinem receperat, sed papa cum eo ut axorem duceret dispensavit. Quod facere potuit maxime secundum opinionem, que asserit, quod clerici solum per ecclesiasticam constitutionem sunt astricti continentie, non per votum aliquod prescriptum, nisi expresse voveatur.'

<sup>2)</sup> Im Codex Halensis Ye 80 lautet die nichtsignirte Glosse zu dieser Stelle: 'Consuetudo enim, quae velut canon specialis illius loci est, potest facere, ut istae personae legitimaee vel illegitimae, de quibus nihil praecepit canon: di. XI. *catholica*, di XII. *nos consuetudinem*.' Ein neuer Beweis, dass Ye 80. den Apparat des Richardus enthält. Im Cod. Ye 52 (dem früher behandelten und Alanus zugesprochenen Apparate steht die nicht signirte Glosse dazu:)